bantur, ſicut etiam in rebus aliis hæ viduæ præcedebant.

THESIS VI.

Viduæ, ſi a maritis defunctis eſſent relictæ gravidæ, & parerent primogenitum, non ſolvebant redemptionis ejus pretium.

§. 1.

Si primogenitus humanus redimendus eſſet, debebat pater infantis adhuc eſſe in vivis, elabiqve debebant triginta a partu dies, anteqvam pater infantem redimendum offerret ſacerdoti. Offerebat autem vel infantem ipſum, una cum redemptionis pretio ſiclorum qvinqve, vel ſolum illud pretium ſine infante; Poterat qvoqve illud pretium vel uni ſacerdoti dare, vel inter plures ſacerdotes diſtribuere. *Vid. Majmon. de primogenitis c. 1. & 5.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn327787449/11
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG